

eleccionis sepultura 13. Februarii 1666. lib. 25. Decretor. pag. 29. apud Ihesaur. Resol. 1. 2. p. 104. in Causa Sorana Funerum §. Redactam: & saepe alibi: Nec requiritur, quod tales testes deponentes super electione sepulturae recipiantur medio juramento per publicum Notarium, ut expresse statuit eadem Sacri. Congreg. in Senogallien. Funerum die 19. Decembris 1739. ubi ad secundum sic propositum dubium: "An testes super electione sepulturae deponentes, recipi debeant medio juramento per publicum Notarium; sive potius sufficiat, eosdem testes deponere ore tenus cum juramento coram ipsomet Parocho, vel Vicario Foraneo? Respondit: Ad II. Negative ad primam partem, & affirmativè ad secundam." Ita apud Thesaurum Resolutionem tom. 9. part. 1. pag. 156. in dicta Senogallien. Funerum.

56 Testes synodales olim tum in synodis provincialibus, tum in diocesanis elegabantur viri probatae fidei, ut diocesanis perlustrarent, exploraturi, an synodalia statuta custodirentur, & omnia in futura synodo fideliter referrent, quae emendandaprehendissent. Differabant à Periodicis, seu Visitationibus, quia jurisdictione carebant. Valde utiles erant, & adhuc essent: Difficiliter tamen idonei inveniuntur, qui velint tale munus suscipere, adeoque ferre ubique in desuetudinem abjurerent, & in eorum locum suffecti sunt Fiscales Episcoporum, & Decani, hoc est Vicarii Foranei, qui utique, si doctrina, pietate, prudentia, & zelo praesentent, ac minus sum diligenter obirent, synodalia munus defectum supplerent, & compensarent; Sic pluribus ad rem erudite suo more adductis tradit Benedic. XIV. de synodo diocesana lib. 4. cap. 3. per tot.

57 In testes assistentes Matrimonio contracto non praemissis debitis denuntiationibus excommunicatio latae sententiae decerni potest: Idem ibid. lib. 7. c. 69. numer. 2.

Vatiae praenotantur ab A. digna consideratione: primò, non valere contra personas testium exceptiones, ni ante attestationem publicationem opponantur: secundò, testes probatorios per alios reprobatorios à parte adversa productos, hosceque posse etiam reprobari: tertio, dari penas in testes, qui falso scienter deposuerint; denique in additionibus ex aliena manu advertitur, examen testium coram Notario citra delegationem incontinenti in processu executivo, posse ad probandam exceptionem admitti.

Ad primum est facilis adnotatio, attentis Hispanis determinationibus; nam intra sex dies publicationis, à die intimationis, partibus factae, tam in prima, quam in secunda instantia jusque generis repulse sum opponendae, & si praedictus sit elapsus terminus, rejiciuntur (1); legitima vero cum sint, & intra eundem opposita (2), ad earum probationem Judex acta recipiet, terminum qui non debet dimidietatem termini, in principali causa praefixi, excedere, assignando (3). Secundum non tenet, quia nova licet productio per modum, seu viam restitutionis concedatur, post testium publicationem ad alias productiones recurri nequit (4). Tertium comprehendit, quid contra pravam, & horrendam consuetudinem, dum nomen Domini Dei nostri in vanum accipitur, leges stabiliant; considerantes Catholici Reges debere è suis dominiis simile scelus perpetrantes eliminare, talionis poenam in eos statuerunt, adversus quos, falso deposuisse in causa in qua ordinariam mortis, aut aliam corporalem evadere non poterant, constituerit etsi ejusmodi eis non esset poena irrogata, in civilibus causis observantia legum super hoc disponentium praecipitur: insuper decernendo, falsorum testium in dentium extractionem condemnatorum, poenam commutari, ut publicas traducantur per vias, per decenniumque in triemes mittantur: in criminalibus extra casum mortis reo imponendae, eadem puniunt, sed perpetuo triemes (5).

(1) L. 9. tit. 8. lib. 4. Mandamos, que hecha la publicacion de los testigos en qualquiera de las instancias, cada una de las partes que quisiere decir su intencion de bien probado, ó tachas, contradecir en dichos, ó en personas los testigos, ó probanzas que la otra parte hubiere presentado, lo diga, y alegue dentro de seis dias despues de hecha la publicacion, y notificada la parte, ó á su Procurador, y no deinde en adelante.

(2) Ead. Ibi: Y si dentro del dicho término fueren puestas tachas concluyentes contra las personas, y dichos de los testigos...

(3) L. ead. Ibi: Y fuere visto á los del nuestro Consejo, ó al Presidente, y Oidores, que son tales que deben ser recibidas, que den sentencia en que resciban á prueba de ellas; y que el término sea perentorio, y no pueda ser mas de la mitad del término que fue dado para la probanza principal:...

(4) L. ead. Ibi: Las quales ordenamos y mandamos, que sean bien especificadas, segun los derechos disponen;

Vide verb. Matrimonium art. 2. sub numer. 1. *
 * Testes de auditu auditus, allati in processu Apostolico, conjungi non possunt in linea aequalis probationis, cum testibus de visu extantibus in processu Ordinario in causis Beatificationis, & Canonizationis Sanctorum. Benedic. XIV. in Appendice ad tomum 4. sui Bullarii pag. 2. constitut. incip. Cum ex relatione §. 2. Vim tamen adminiculativam habere possunt, modo majorem, modo minorem, pro varia circumstantiarum conditione: Idem ibid. §. 3.

Debent Testes produci coram Judice, cui fides est faciendae, & quidem in loco Judicii, quum major dicatur auctoritas praesentium testium, quam testimoniorum: L. 3. §. 4. ff. de testib.

Nihilominus minus potest Judex interdum examen testium delegare, praesertim in civilibus: Novell. 90. cap. 5. Auth. apud C. de fide instrum.

Hinc sponte sua fluit, Notarios non aliter posse testes per se examinare, quam si examen hoc à Judice delegatum sit. Et ita hoc examen privatum à Notario factum nullum est: Beustad L. 31. numer. 212. ff. de Jurjurand. Carpzov. lib. 3. Respons. 87. numer. 3. Greg. conclus. 102. num. 1. & 9. atque adeò nihilominus modo probatio adhuc salva sit, denuò à Judice juramento adstringendi, & examinandi sunt.

De cetero ubi non requiritur sollemnis probatio, sed sufficit nuda demonstratio, facilis expositio testium coram Notario admittitur, uti communiter hodie in possessorio summarissimo fieri solet, ubi praesentes, vel quasi demonstrasse sufficit.

Pariter in processu executivo ad probandam exceptionem incontinenti admitti posse examen testium coram Notario circa delegationem, tenet Carpzov. Jurisprud. forens. part. 1. constit. 8. defin. 3. quum judicium summarie peragatur. ¶

TESTES.

guarden y executen las leyes de nuestros reynos que sobre ello disponen. L. 7. ejusd. Mandamos, que los testigos falsos en el caso, que segun las leyes de nuestros reynos en las causas civiles habian de ser condenados á quitar los dientes, les sea esta pena conmutada en vergüenza pública y servicio de galeras por diez años: y que los dichos testigos falsos en las causas criminales, no siendo caso de muerte en que se hubiese de executar en él la misma pena, sean condenados en vergüenza pública, y perpetuamente á galeras: lo qual se entienda y extienda á las personas que indugeren á los dichos testigos falsos siendo de qualidad, que puedan ser condenados al dicho servicio de galeras. L. 3. tit. 8. L. 7. Ind. Somos informados que en las Indias hay muchos testigos falsos, que por muy poco interes se perjuran en los pleytos y negocios que se ofrecen, y con facilidad los hallan quantos se quieren aprovechar de sus deposiciones; y porque este delito es en grave ofensa de Dios nuestro Señor, y nuestra, y perjuicio de las partes: mandamos á las Audiencias y Justicias, que con muy particular atencion procuren averiguar los que cometen este delito, castigando con todo rigor á los delinquentes, conforme á las leyes de nuestros reynos de Castilla, pues tanto importa al servicio de Dios, y execucion de la justicia.

(1) Auth. acord. unic. tit. 17. lib. 8. Experimentándose con reparable frecuencia la facilidad de incurrir en la execrable maldad de hacer falsas delaciones, y ser testigos contra la verdad, de que resul-

TESTIUM PRESENTIA quoad Matrimonia.

Vide verb. impedimenta Matrimonii art. 2. & numer. 19. ad 113.

THALMUD HEBRÆORUM.

SUMMARIUM.

- 1. Jurae, & Hebraei unde sint dicti.
- 2. Thalmud Hebraeorum, seu Judaeorum quid sit, & importet.
- 3. Quando, & à quibus fuerit compilatum.
- 4. Thalmud aliud est Hierosolymitanum, & aliud Babylonicum.
- 5. Thalmud secundum Pignatell. quando fuerit incipitum, & completum, & à quo in compendium redactum, quod secundo habetur post Bibliam.
- 6. Thalmud sive Hierosolymitanum, sive Babylonicum, quid contineat.
- 7. Thalmud juxta Greg. IX. fuit per totam Galliam combustum.

Cum non semper plagarum modus justa perjuratorum qualitates possit metiri, & nonnumquam casus occurrentes nequeant legum dispositione identificari, multum judicis arbitrium praevalebit, dum poenae minores antecedentibus haud fuerint: Nulla dubitatio circa harum resolutionum observantiam occurrit, siquidem absque aliqua poenarum relaxatione à nostro D. D. Philippo V. leges, quae adversus falsos testes, & delatores in omni causarum genere civilium, aut criminalium inveniuntur, observari est demandatum (1). In causis criminalibus, & civilibus arduis testes coram judice examinari debere, nemo dubitat (2): de eis quae parvi sunt momenti, de civilibus praesertim, fidei Tabellionis examen committi solere, est per quam manifestum, quibus attentis, in mentemque revocandam stabilitum circa executiones faciendas, Hispani relatum doctrinam neuitquam admittunt: quoniam praeter alia requisita, quae in judicio executivo concurrere debent, tempore subhastationis transactio, ad ultimam executionem intra triduum, post citationem vulgò de remate, comparere debitor tenetur, ut suas exceptiones: alias judex suam ultimam executionis sententiam profert, fierique solutionem jubet: at verò si intra praedictum terminum comparuerit, decem dierum spatium debitori assignatur, à quo executioni se opposuerit, intimatumque fuerit ejus decretum, ut suas exceptiones justificet (3): in hoc judicio, assignatio temporis per judicium facta, in effectu est eadem ac pari passu ambular cum sententia interlocutoria per quam processus in ordinario ad probationem recipitur (4): per consequens sine commissione Tabellionis praemissa, nulla est fides testibus adhibenda, ideò exceptio sic probata nullius roboris aestimatur, utpote citra delegationem facta, & extra tempus à lege praefinitum.

ta á muchos inocentes la molestia tal vez de dificultosa reparacion en la honra, vida y hacienda, en ofensa, descredito y escandalo de la Justicia, que debo y deseo se distribuya, y administre en mis reynos y dominios, como principal obligacion, que con la Corona ha puesto Dios á mi cargo; y reconociendo que estos enormes y perniciosos abusos proceden de no practicarse con el vigor y puntualidad que convienen las penas prescritas, y establecidas en las leyes: he resuelto, que con la mas rigurosa exactitud y observancia se executen las leyes que hay contra testigos falsos delatores en todo género de causas:...

(2) L. 6. tit. 6. lib. 4. El Alcalde sea tenido de compeler y apremiar los testigos de que la parte se entienda aprovechar, para que vayan ante él á decir sus dichos, sobre qualquier pleyto civil ó criminal. Vide verb. Probatio.

(3) Vide verb. Sententia, vers. Asseritur, in add. hisp.

(4) L. 2. tit. 21. lib. 4. Ibi: Salvo si dentro de diez dias mostrare la tal paga, ó legitima excepcion sin alongamiento de malicia por otra tal escritura, como fue el contrato de deuda, por albala, que haga fé, ó por confesion de la parte; ó por testigos que esten en el Arzobispado ú Obispado donde se pidieré la execucion tomados dentro del dicho término, y para probar la primera paga, y excepcion si por testigos lo hubiere de probar: no la probando dentro de los dichos diez dias. L. 3. ejusd. Ibi: Que tengan diez dias para alegar y probar.

loc. cit. numer. 1. recte advertens, quod sacri canones tum antiqui, tum recentiores eos utroque nomine promiscue appellant, & Josephus lib. 1. antiquit. Judæicarum: Alii tamen autumant, hebræicam gentem, & linguam fuisse cognominatam ex eo, quod cum ipsi Abraham de terra, & cognatione sua egressi, & terram Chanaan ingredi à Deo jussu, ut in eam terram iret, superandus fuisset Euphrates, dictus sit Hebræos, id est, transitor, & inde ejusdem posterii Hebræi fuerint appellati.

Thalmod Hebræorum, seu Judæorum, hebræice idem importat, quod latine sonat disciplina, seu doctrina: Sic Decian. lib. 5. traç. crim. cap. 12. Card. Petra tom. 3. comment. 10. constit. 2. Innoc. IV. num. 32. & alii. Sixtus autem Senensis lib. 4. Bibliot. Sær. dicit nomine Thalmod significari ingens, ac vastum opus Judaicarum Traditionum, in quo collecta sunt decreta omnia Rabinorum, Sammai, Hillel, Akiba, Joseph, & filiorum Assamonæi una cum aliis innumeris aliorum magistrorum statutiis, & tam divinarum, quam humanarum legum expositionibus, quibus nunc tota Judæorum natio regitur. Ab aliis vero vocatur jus judaicum, tam civile, quam Sacrum, doctrinale etiam, ac pandectæ, & digesta: Sic Pignarelli. tom. 5. consult. 14. num. 10.

Thalmod compilare cepit quidam Judas Simonis filius circa annum Christi 150. post ultimam Hierosolymæ desolationem, inde circa annum 300. auctum, & Thalmod Hierosolymitanum appellatum à quadam R. Johanna. Postremo idem compilatum fuit cum aliis additionibus circa annum 479. à R. R. Assæ, Jesse, & Hemai, quæ compilatio cum Babylonice contigerit, exinde Thalmod Babylonicum appellatum rest, ut referunt Decianus loc. cit. num. 3. Cherubin, junior ad constit. 20. Clementis VIII. schol. 2. Noison in præf. pu. gion. Fidei pag. 57. Rota loc. cit. num. 4. Unde Thalmod aliud est Hierosolymitanum, & aliud Babylonicum.

Pignarelli. autem loc. cit. num. 10. habet, quod liber Thalmod ceptus est anno à Domino Jesu 100. ad umbilicum perductus anno ejusdem 400. sed Ben-Mejemon in compendium redegit Thalmod, & scripsit anno 1150. & habetur secundo loco post Bibliam, & tantæ est auctoritatis, ut Thalmod.

Thalmod sive Hierosolymitanum, sive Babylonicum, ultra infinitas ineptias, abusiones erroneas, & stultitias inauditas, continet tacite, vel expresse innumerares hæreses, seu errores contra veteris, ac novæ legis scripturas, nec non contumeliosas impietates, & blasphemias contra Deum, Sanctissimam Trinitatem, Salvatorem nostrum, Beatissimam Virginem, Beatos Angelos, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, aliosque Sanctos Dei, Sanctissimam Crucem, Sacramenta novæ legis, Sacras Imagines, Sanctam Catholicam Ecclesiam, Sedem Apostolicam, Christianam Religionem, ac Christianos, ac plurima alia deliramenta, quæ videri possunt apud Sixtum Senensem lib. 2. tom. 1. Bibliothecæ Sanctæ, Isidor. Episcop. Hispal. lib. contra Judæos num. 49. Marquard. de Judæis part. 3. cap. 1. numer. 49. inter traç. magn. tom. 14. & plura ejusdem libri capita affert Pignarelli. tom. 5. consult. 14. n. 11. quæ referuntur sub verb. Hebræus à num. 35.

Hujus impii, nefandique Thalmodis fere infinita volumina in tota Gallia reperta, fuerunt Parisiis jussu Gregorii IX. Summi Pontificis, & auxilio Regis Gallicæ tunc S. Ludovici anno circiter 1229. igne combusta. Hoc idem quoad combustionem Thalmodicorum voluminum statuerunt Innocentius IV. Clemens IV. Honorius IV. & Joannes XXII. in Italia quoque Julius III. anno 1552. cum festa Tabernaculorum à Judæis mense Septembris celebrarentur, per omnes urbes Thalmodica volumina inquiri, & comburi jussit. Deinde Paulus IV. per decretum Supremæ Inquisitionis anno 1559. eorundem Thalmodicorum voluminum perquisitionem, & combustionem fieri mandavit, sicut facere S. Pius V. anno 1566. & Gregorius XIII. statuerunt, ut ab Inquisitoribus procedatur contra Judæos hujusmodi volumina retinentes. Et postremo Cle-

mens VIII. const. 10. incip. Cum Hebræorum omnes precedentes circa Thalmodicos libros prohibitions approbans, omnibus tum Judæis, tum Christianis eos retinere, aut quovis modo uti vetuit, etiam sub pretextu expurgationis factæ, aut faciendæ, revocans quascumque licentias ad id obtentas à quibuscumque etiam à Nuntiis Apostolicis, aut de Latere Legatis, ac prohibens in futurum quibuscumque concedere facultates eos retinendi, legendi, deferendi, emendi, vendendi, aut de novo extendendi. Iterum juvendo, ut infra duos menses à die publicationis eos retinentes locorum Ordinariis, sive Inquisitoribus deferrent, ab his statim comburendos, indicta contra transgressores hebræos pœna amissionis librorum, publicationis bonorum, aliusque gravioribus, etiam corporis afflictivis arbitrio Ordinariorum, aut Inquisitorum. Et contra christianos ultra præfatas pœnas excommunicatione latæ sententiæ etiam imposita.

An autem excommunicatione lata contra christianos legentes, aut retinentes libros Thalmodicos sit reservata Summo Pontifici, dubitant Doctores: Quoad excommunicationem enim appositam per Bullam Pii IV. in Indicæ librorum prohibitorum possumt absolvi à proprio Confessario, ut recensendo tenorem ipsius excommunicationis ab altera imposita in Bulla Cœne Domini, docent Suarez de fide cap. 15. quest. 8. Delbene de offic. Inquisit. part. 1. dubit. 46. per. num. 5. & seq. Bonacina tom. 3. de Censur. in Bulla Cœne disp. 1. quest. 2. punct. 4. num. 2. Cardin. Petra loc. cit. tom. 13. ubi subjungit, quod nec etiam potest dici, quod incurritur excommunicatione lata in Bulla Cœne, quia procedit contra legentes libros Hæreticorum, & sic non comprehendit istos Judæorum, & firmat idem Delbene dub. 36. in Carol. numer. 1. 2. & 6. Bonacina cit. disp. 1. quest. 2. punct. 4. num. 12. Unde idem Petra recte concludit, quod cum in constitutione Clementis VIII. nulla adsit reservatio censura, non videtur quare possit dici reservata: Sicque solum elicitur talis reservatio quoad ferentes, vel auxilium præstantes hebræis, ut dictos libros habeant, quia cum ex eadem constitutione isti incurrant pœnas fautorum hæreticorum, proinde incurunt etiam excommunicationem contentam in Bulla Cœne. Hæcenus eruditè suo more Eminentissimus Petra loc. cit. num. 13. & 14. Vide verb. Libri prohibiti num. 29.

Longe à veritate aberrat Ferraris noster in taxanda Thalmodis Epoca; præterquam quod Misna cum Thalmod, itemque Thalmod utrumque Hierosolymitanum cum Babylonico confundit. Quoniam verò meum non est nunc Cronologum, aut Historicum Literarium agere, Lectores remitto ad Rabbincas Bibliothecas Bartoloci, & Wolfii. Illud autem, de quo Lectorem eundem admonendum esse censeo, est quod etsi Corpus Thalmodicum multis, ac fere innumeris referuntur sit fabellis, nugis, contractionibus, erroribus, vel etiam blasphemis, quarum amplissimum catalogum elaboravit prædictus Bartoloci tom. 3. à pag. 663. ac propterea jure in illud animadvertum sit, dirisque flammis devorandum traditum: negari tamen nequit, quin multa adhuc in eodem reserventur divinarum scripturarum explanationi, rectæque earundem intelligentiæ: perquam utilia, necnon antiquæ, genuinæque traditiones Israeliticæ gentis, tum argumenta adversus Judæorum pervicaciam, & quod maxime est notandum, Catholicæ Ecclesiæ apologia adversus hujus temporis hæreticos. Absinere omnino nequeo ac adducendis nonnullorum Clarissimorum Virorum testimoniis, & iudiciis de eodem Thalmod. Illustrissimus Bosuetius in admirabili suo opere, cui titulus: Discours sur l'histoire universelle, part. 2. hæc scripta reliquit: "Hærent (Judæi) opus ab iis appellatum Thalmod, id est, doctrina, quod æquali cum sacra scriptura veneratio-ne prosequuntur. Antiquorum eorum magistrorum tractatus, atque sententiæ in unum collectas complectitur; & quamvis partes singulæ, quibus magnum hujusmodi opus constat, eadem minime potiantur antiquitate, posteriores tamen, quæ inibi referuntur, auc-

tores, priora Ecclesiæ secula attingere. Hac autem in collectione, inter innumeras, indecentesque fabellas, quarum pleræque evulgatæ conspicuntur post Christi adventum, quedam occurrunt vetustissimarum traditionum lipsana hebræicæ gentis, probationesque, quibus facile redarguatur." Idem est iudicium quod de eodem Thalmod novissime efformavit Clar. Abbas Houtville in egregio opere adversum Incredulos edito, tom. 1. discours critique pag. 1148. "Generatim, inquit, de Thalmod loquendo, magnum hoc opus residua quadam pretiosa continet veterum Judaicarum traditionum, à quibus auditorium postulari posse recognosco ad sacram scripturarum intellectum... Neque asserere veror, quin in ea tractatum, sententiarumve caterva, quibus compactum est, talia reperiantur, ut si quis ea seligere apprimè nolit, invictissima ex iis elaborare possit argumenta pro Ecclesiæ cum Judæis disceptaturis." Præterat Claudius Fleurius, Discours sur l'histoire ecclesiastique, 5. discours S. 5. Hinc mirum non est, si Raymundus Martini Dominicanæ familie sec. XIII. splendidissimum ornamentum in proœmio eximii, singularisque operis Pagonis fidei, numer. 5. profiteatur: "Secundaria verò (materia hujus pugionis erit) quedam traditiones, quas in Thalmod, & Midraschim, id est, glossis, & traditionibus antiquorum Judæorum reperi, & tamquam margaritas, quasi de quadam maximo firmario sustulsi non modice latibundus." Quod & fideliter præstitit pius, doctusque Vir maximo cum Ecclesiæ emolumento, adeo ut omnes quotquot impostorum christianam religionem adversus Judaicam perfidiam vindicare aggressi sunt, à Raymundo arma commodarint. Eandem & ipse Spartam secutus quantocius, nedum adversus Judæos, verum etiam adversus Hæreticos hujus temporis, Ecclesiæ Catholicæ dogmata propugnabit thalmodicis, ceterisque Judaicis traditionibus in eorum Rabbincorum voluminum involutis. V. C. Abbas D. Bernardus Poch.

THEOLOGIA, THEOLOGUS.

SUMMARIUM.

- 1 Theologia quid sit.
2 Theologia est quintuplex, scilicet positiva, ascetica, polemica, scholastica, & moralis.
3 Quæ sit theologia positiva.
4 Quæ sit ascetica.
5 Quæ sit polemica.
6 Quæ sit scholastica.
7 Quæ sit moralis.
8 Theologia ratione subjecti, in quo recipitur, dividitur in theologiam Dei, in theologiam Beatorum, & in theologiam Viatorum, & quæ sint hæ tres theologiae.
9 Theologia ratione objecti, circa quod versatur, dividitur in theologiam necessarium, & in theologiam contingentium, & quæ utraque sit.
10 Theologia Objectum quodnam sit.
11 Theologia Dei non est proprie scientia.
12 Theologia Beatorum de necessariis est scientia.
13 Theologia Viatorum non est proprie scientia.
14 Theologia in se, & in quocumque intellectu est sapientia, seposita tamen evidentiæ in intellectu Viatorum.
15 Quid sit sapientia.
16 Theologia Dei non est practica, sed speculativa.
17 Theologia autem Beatorum, & Viatorum est practica.
18 Affert origo Cathedræ Scholasticæ Religionis Seraphicæ.
19 Quoad ea, quæ concernunt Theologum, remissivè.

THEOLOGIA est divinarum rerum ex iis, quæ revelata sunt, sacra doctrina: Est in re communis. Theologia est quintuplex, scilicet positiva, asc-

etica, polemica, scholastica, moralis: Sic Doctores com- munit.

Theologia positiva est, que in sensu Scripturæ, Traditionum, Decretorum Pontificiorum, & Definitionum Conciliorum explicando occupatur, uti est theologia Sanctorum Patrum, & aliorum Sacræ Scripturæ, ac Sanctorum Canonum Interpretum, & idè dicitur positiva, quia ponit fundamenta pro construendis argumentationibus theologicis; ejus præcipua functio est interpretari Sacras Scripturas, Traditiones, ac Sacros Canones.

Theologia ascetica, seu mystica, aut affectiva est, quæ non tam rationis discursus, quam simplici mentis intuitu affectuose res divinas contemplantur, & sapit; & idè non solum intellectum illuminat, sed præsertim voluntatem inflamat, & dicitur ascetica, quia potissimum docetur in ascereris Religiosorum; ac ejus præcipua functio est tradere doctrinas ad perfecte virtutes consequendas necessarias, & docere veram perfectionem christianam.

Theologia polemica, seu dogmatica, aut theoretica est, quæ fidei dogmata, & mysteria fidelibus exponit, & contra Infideles defendit, & dicitur polemica, à quodam verbo Græco, quod bellum significat, quia tractat controversias, & docet modum defendendi veram fidem, & expugnandi hæreticos. Et ejus præcipua functio est proponere vera fidei mysteria fidelibus, ut confrimentur, & infideles convincere de erroribus, ut convertantur.

Theologia scholastica est, quæ artificiosa methodo, & syllogisticè de rebus divinis disserit, ad differentiam positivæ, quæ privata sacrarum scripturarum lectione, & exercitatione SS. PP. comparatur. Et dicitur scholastica, quia in scholis traditur, & à Doctores Scholasticis est induta. Et ejus præcipua functio est deducere conclusiones certas ex principiis partim fidei, & partim in minimis naturalis.

Theologia moralis est, quæ de rebus ad mores pertinentibus in ordine ad salutem conclusiones proponit, easque argumentis facillioribus declarat, & confirmat, & dicitur moralis, quia mores ad fidei christianæ regulam ordinat. Et ejus præcipua functio est adus humanos, seu morales hominum dirigere, & ad id explicare, & resolvere casus conscientiæ.

Theologia ratione subjecti in quo recipitur, dividitur in theologiam Dei in theologiam Beatorum, & in theologiam Viatorum. Theologia Dei est, quæ immediate innititur lumini supernaturali increato, nonpe intellectui divino. Theologia Beatorum est, quæ innititur lumini supernaturali creato clare, & evidenter manifestativo; nempe visioni beatificæ. Theologia Viatorum est, quæ innititur lumini supernaturali creato, sed obscuro, nempe fidei. Theologia Dei est comprehensiva, Theologia Beatorum est intuitiva, Theologia Viatorum est discursiva.

Theologia ratione objecti, circa quod versatur, dividitur in theologiam necessarium, & in theologiam contingentium. Theologia necessarium est, quæ respicit veritates necessarias, ut Unitatem Dei in Essentia, Trinitatem in Personis, Infinitatem in suis Attributis, seu unico verbo est, quæ respicit Deum ad intra. Theologia contingentium est, quæ respicit veritates contingentes, ut Creationem Mundi, Incarnationem Divini Verbi, Creaturas, quas Deus libere vel creat, & moderatur in ordine Naturæ, vel vocat, & justificat in ordine Gratiæ, vel beatificat, & coronat in ordine Gloriæ, seu unico verbo est, quæ respicit Deum ad extra.

Theologiæ objectum est omnis veritas aliquo modo ad Deum pertinens, & deducibilis ex revelatis, reductivè autem, & ultimate est ipse Deus: Et hoc clare patet tum ex ipsius nomine, vocatur enim theologia, ex quo sit scientia, vel sermo de Deo; tum ex hoc, quod omnia, de quibus agit in theologia, directe, vel indirecte ipsum Deum respiciant.

Theologia Dei non est proprie scientia: Ad rationem enim scientiæ requiritur discursus, seu progressus

12 sus à minus notis ad notiora : Deus autem omnia uni-
 co actu clarissime intelligit. Theologia Beatorum de
 necessitatibus est scientia : Habet enim omnes condiciones
 ad scientiam requisitas, & etiam discursum, de quo
 13 majus est dubium, quia Beati ex Scoto prius saltem
 natura intelligunt quidditatem rei, quam proprietates.
 14 Theologia Viatorum non est proprie scientia : deficit
 enim ipsi evidentia, quam nitatur in fide, quæ est
 obscura : Potest tamen dici scientia lato modo, sum-
 mendo scientiam pro cognitione ita certa, ut ipsius
 certitudo æquipolet evidentia, ut habetur ex Scoto
quæst. 3. Prolog.

15 Theologia in se, & in quocumque intellectu est sapientia :
 est positiva tamen evidentia in intellectu Viatorum :
 Est enim cognitio rerum altissimarum, nempe Dei, &
 Divinorum, quæ habetur per rationes altissimas,
 scilicet per fidem in intellectu Viatorum, per lumen
 Gloriæ in intellectu Beatorum, & per essentiam divi-
 nam in intellectu Dei : Quod est proprium sapientia,
 quæ definitur, quod sit notitia rerum divinarum per
 altissimas causas.

16 Theologia Dei non est practica, sed speculativa :
 Ipsa enim non est regulativa, cum intellectus Dei ne-
 queat regulariter divinam voluntatem, ex quo ipsa sit
 summe recta, & regula omnium, nec possit habere ma-
 los actus, adeoque non est regulabilis, & consequen-
 ter Dei theologia nec est regulativa, nec practica.
 Theologia autem Beatorum, & Viatorum est practica :
 Operatur enim circa objectum ipsum diligendo, nec ma-
 net in sola contemplatione Dei, sed excitat voluntatem
 ad Deum amandum, & sic dirigit praxim : Et hæc
 aliquis breviter de theologia perstricta notitia suffi-
 17 ciat. Reliqua de ea, tum *positiva*, tum *ascetica*, tum
polemica, tum *scholastica*, tum *moralis*, relinquendo viden-
 da apud suos respectivè Auctores, qui fusc ad rem in-
 tegræ volumina ediderunt.

18 Hic juvat addere, quod in nostro Minoritico Ordine
 primus omnium legitime sacram theologiam interpretatus
 est S. Antonius de Padua cum facultate ut sequitur
 S. P. nostri Francisci.

Charissimo meo Fratri Antonio.

Frater Franciscus in Christo salutem.

19 "Placet mihi, quod sanctæ theologiæ literas Frat-
 ribus interpretet, ita tamen, ut neque in te, ne-
 que in ceteris (quod vehementer cupio) extinguatur
 sanctæ orationis spiritus juxta Regulam, quam profite-
 mur. Vale."

"Recepta hac Seraphici S. Patris Patenti facultate
 primam cathedram scholasticæ doctrinæ aperuit
 S. noster Antonius in nostro Fratrum Minorum Or-
 dine, eamque docuit in alma studiorum matre civi-
 tate Bononiæ, ac in aliis Gallia, & Italia civitatibus,
 & postmodum in civitate Paduæ, ubi gloriosum, ac
 miraculosum vite suæ cursum complevit, & præ in-
 numerabili miraculorum multitudine, nondum à suæ
 gloriosæ mortis transacto anno (quod mirum est) à
 Gregorio IX. plaudente Urbe, & Orbe, in civitate
 Spoleti (ubi tunc aderat Romana Curia) Sanctorum fas-
 tis omni cum solemnitate fuit adscriptus." Sic P. Pe-
 trus Antonius de Venetiis in *Viridario Seraphico italicè*
conscripto tom. 2. cap. 3. pag. 9. aliique apud *Vandenbergium*
 ad annum 1222. & habetur in *Opusculis ejusdem*
 S. P. Francisci tom. 1. Epistola 3.

19 Quoad ea, quæ concernunt theologum. Vide *verb.*
 Canonici *art. 9. d. num. 1. usque ad num. 44.* ubi abunde
 de omnibus.

20 Theurificatio debetur Canonici paratis ante Vica-
 rium Generalem : Sac. Congreg. Rit. in *Egitantia*.
 3. Augusti 1602. & in *Tiburina* 19. Martii 1610. apud
 Barb. loc. cit. num. 19. & *tract. de Canonici cap. 18.*
 num. 29.

21 Theurificatio debetur prius Canonici Cathedralis, &
 Collegiæ, quam Governatori, & Officialibus : Sac.
 Congreg. Rit. in *Compen.* 28. Januarii 1712. apud
 Sellium in *selectis canonici cap. 16. num. 25.* & Bar-
 bos.

THESAURUS S. M. ECCLESIE.

Vide *verb.* Indulgentia *art. 1. d. num. 4.*

THESAURUS.

Vide *verb.* Dominium *art. 3. d. numer. 26. ad nu-
 mer. 45.*

THURIFICATIO.

SUMMARIUM.

1 Theurificatio cum unico thuribulo faciendâ : ejus
 usus non probatur : illa minus est Diaconi : debetur
 Canonici ante Vicarium Generalem : prius
 Canonici, quam Governatori, ad num. 5.

2 Quando prius est theurificandum Sacerdotibus, quam
 Episcopis quomodo faciendâ in ecclesia exempta
 præsentè Episcopo, & Abbate : ante Canonici
 Collegiæ, quam Rectoribus, & Beneficiis : alie
 theurificationes signantur, & præferentia inter eas-
 dem, quibusque ductibus, ad num. 53.

3 Quæ verba sunt præferenda dum Diaconus theu-
 rificatio celebrant ministrat : quis modus, & ordo
 servandus : à quo est chorus incensandus, ab al-
 tari longe distanti : supremi domini quando, &
 quomodo, aliique domini locorum minorum, ad
 num. 61.

4 Quando, & quomodo populus theurificandus : quid,
 dum chorus incensat thuriferarius : à quo est theu-
 rificandum, si adit Episcopus : quomodo incen-
 satio procedet, dum aliud altare præter majus theu-
 rificandum, ad num. 65.

5 Incensatio chori ad vespertas quando cessabit : thuri-
 ferariis duobus stantibus, quomodo est faciendâ :
 thurificans stabit, non genuflectet : solus Papa à
 genibus incensatur, ad num. 68.

6 Adducitur responsio Sacre Congreg. Rit. omnes sin-
 gillatim in choro theurificandi, & alia ad rem, re-
 missive, ad num. 71.

7 Subneuntur additiones ex aliena manu, ad nu-
 mer. 75.

8 Theurificatio juxta formam Cæremonialis cum uni-
 co tantum thuribulo est faciendâ : Sac. Congreg. Rit.
 in *Lucerina* 21. Julii 1618. apud Aldan. in *compen-
 dio canoniarum resolutionum lib. 1. tit. 9. numer. 34.*
 & Barbosa in *sum. Apostol. decr. verb.* Theurificatio
 num. 1. Usus enim duorum thuribulorum non probatur :
 Sac. Congreg. Rit. in *Alexandrina* 15. Martii 1608. in *resp.*
 ad 2. dub. & in *dict. Lucerina* apud Aldan. loc. cit. n. 36.
 & Barbosam loc. cit. num. 2.

9 Theurificationis munus est Diaconi, qui etiam sit
 ex Dignitatibus, vel Canonici, post incensatum Episcopum,
 debet alios Prælatos, si adsint, Magistratum
 secularem, Dignitates, & Canonici incensare : Man-
 sionarios vero, & alios Capellanos, alios Capellanos,
 seu Magister Cæremoniarum pro Ecclesiæ consuetudi-
 ne incensare debet : Sac. Congreg. Rit. in *Lucen.*
 10. Julii 1600. apud Aldanum loc. cit. num. 37. Barbos.
 loc. cit. num. 3.

10 Theurificatio debetur Canonici paratis ante Vica-
 rium Generalem : Sac. Congreg. Rit. in *Egitantia*.
 3. Augusti 1602. & in *Tiburina* 19. Martii 1610. apud
 Barb. loc. cit. num. 19. & *tract. de Canonici cap. 18.*
 num. 29.

11 Theurificatio debetur prius Canonici Cathedralis, &
 Collegiæ, quam Governatori, & Officialibus : Sac.
 Congreg. Rit. in *Compen.* 28. Januarii 1712. apud
 Sellium in *selectis canonici cap. 16. num. 25.* & Bar-
 bos.

12 bos. loc. cit. num. 11. Vide tamen *infra d. n. 32. ad 39.*
 13 Pinito Evangelio missæ solemnis, cui assistit Episco-
 pus cum Cappa, thurificandus est celebrans, non verò
 Episcopus : Sac. Congreg. Rit. 4. Augusti 1663. apud Piton-
 tum *Constit. ad Canonici num. 720.*

14 Theurificatio in Ecclesia Collegiata exempta, præsen-
 tate Episcopo Canonice Ecclesiæ Cathedralis, & Abbate
 cum Canonici dictæ Ecclesiæ Collegiata, debetur pri-
 mum Episcopo triplici ductu thuribuli, & post Episco-
 pum immediate Canonice Cathedralis Ecclesiæ dupli-
 ci ductu, deinde Abbati etiam duplici ductu : Sac.
 Congreg. Rit. in *Alexandrina S. Petri in Pergolio*
 7. Februarii 1604. apud Barbos. loc. cit. numer. 12.
 & *tract. de Canonici cap. 34. num. 32.* Et iterum in
 decretis Generalibus 21. Septemb. 1659. §. 15. ibi : "Epis-
 copus præterea trino ductu, & immediate Canonici
 Cathedralis duplici, moxque Abbas (nisi celebret) pa-
 riter duplici, ac subinde Canonici, vel Monachi Ab-
 batialis Ecclesiæ unico tantum ductu thurificentur."
 Vide *verb.* Abbas, ubi dantur decreta per extensum.

15 Canonici Collegiata theurificatio debetur ante Rec-
 tores, & Beneficiatos aliarum ecclesiarum parochialium,
 etiam quando in propriis ecclesiis simul divinis intersunt,
 nec est hujusmodi cæremonia aliquo pretextu omitten-
 da, si ex consuetudine fieri solet : Sac. Congreg. Rit. in
Calaguriana 1. Junii 1601. apud Aldan. loc. cit. n. 40.
 Barbosa loc. cit. num. 23.

16 Theurificatio debetur duplici ductu thuribuli Can-
 onici Collegiata : Clericis verò parochialium ecclesiarum
 unico ductu : Sac. Congreg. Rit. in *Cæsaraugustana de*
Daroca 10. Jan. 1573. apud Barbosam loc. cit. n. 24. &
tract. de Canonici cap. 18. num. 66.

17 Theurificatio debetur duplici ductu Portionariis, &
 aliis Beneficiatis, sicut & Canonici, quando tales Por-
 tionarii, & Beneficiati in reliquis omnibus, & per om-
 nia æquiparantur Canonici, & æqualiter incedunt in
 processionalibus, & sedent in æqualibus scamnis, non
 obstante cæremonialis libro, qui intelligitur, quando non
 adsunt Presbyteri, qui sint omnino æquales Canonici :
 Sac. Congreg. Rit. in *dicta Cæsaraugustana de Daroca*
 21. Martii 1615. apud Barbos. loc. cit. num. 25. & *tract.*
de Canonici cap. 34. num. 34.

18 Dignitatibus hinc inde distributis in choro debent
 incensari etiam Canonici ab una parte, deinde alie cum
 aliis Canonici ab altera parte : Non verò omnes
 Dignitates simul ante omnes Canonicos : Sac. Congreg. Rit.
 apud Gavant. in *manual. Episcop. verb.* Missa. Conventualis
 in *addit. numer. 2.* & apud Piton. *constitut. ad Canonicos*
 num. 123.

19 Assistentes Episcopo, licet sint minus digni, ratione
 assistentiæ ante Dignitates thurificantur, & recipiunt
 pacem : Sac. Congreg. Rit. in *Bracharen.* 19. Junii 1608.
 apud Barbos. *tract. de Canonici cap. 33. num. 15.* & 16.
 & Piton. loc. cit. num. 140.

20 Archidiaconus, qui sustinet baculum Episcopi, dum
 celebrat solemniter, thurificandus est immediate post
 Diaconos assistentes : Sac. Congreg. in *dict. Brachar.*
 19. Junii 1608. apud Barbos. *tract. de Canonici cap. 5.*
 num. 52. & cap. 33. num. 22.

21 Assistentis Presbyter, sive Dignitas sit, sive Cano-
 nicus, thurificare debet Episcopum, & non Diaconus
 Evangelii : Sac. Rit. Congreg. in *Placentina* 19. Maji 1607.
 apud Barbos. *tract. de Canonici cap. 33. n. 17.* & Piton-
 ium loc. cit. num. 207.

22 Theurificatio non debetur Episcopo à Canonico, vel
 Dignitate assistente genibus flexis, sed stante : Sac.
 Congreg. Rit. in *Oscensi* apud Barbos. in *Summ. loc. cit.*
 num. 4. & *tract. de Canonici cap. 33. n. 29.* & Aldan.
 loc. cit. num. 38.

23 Theurificatio cum triplici ductu thuribuli, unico tan-
 tum, & digniori, id est, Episcopo convenit : Sac. Congreg.
 Rit. in *Vintimil.* 11. Decemb. 1604. & in *Civis.*
Ducal. 11. Decemb. 1614. apud Barbos. loc. cit. num.
 5. & *tract. de Canonici cap. 34. num. 26.* & Piton.
 loc. cit. num. 281.

24 In absentia verò Episcopi thurificatio ferti debet
 celebranti triplici ductu juxta regulas Cæremonialis : Sac.

25 Congreg. Rit. in *Patavina Plebis Sacri* 9. Maji 1606. &
 in *Comen. Valutia* 30. Januarii 1616. apud Piton. loc. cit.
 num. 281. & Barbos. loc. cit. num. 6. Dignitatibus autem, 18
 & Canonici Cathedralium in suis Ecclesiis duplici, ce-
 teris verò de choro unico ductu thurificatio debetur :
 Ead. Sac. Congreg. Rit. in *Patavina, & Comeni.* apud
 Piton. loc. cit. & Barbosa loc. cit. num. 7.

26 Unde thurificatio duplici solum ductu debetur Digni-
 tatis Cathedralium, nisi firmiter probetur immemo-
 rabilis, quod triplici ductu thurificentur, absente Episco-
 po : Sac. Congreg. in *Casertana* 16. Septemb. 1632.
 apud Barbos. loc. cit. num. 8. & *tract. de Canonici*
 cap. 34. num. 31.

27 Theurificatio non debetur Canonici ab Episcopo ces-
 lebante : Sac. Congreg. Rit. in *Uladislavien.* 2. Martii 1613.
 apud Sellium in *select. Canon. cap. 16. num. 22.* Barbos.
 loc. cit. num. 9.

28 Theurificatio duplici, non autem triplici ductu, debe-
 tur Vicario Generali sedenti in choro, licet supra Can-
 onicos, & sit Prælati : Sac. Congreg. Rit. in *Nepesina*
 14. Januarii 1617. apud Barbos. loc. cit. n. 16. & *tract.*
de Canonici cap. 34. num. 29.

29 Theurificatio debetur Magistratui post Canonicos
 æquis ductibus : Sac. Congreg. Rit. in *Interamnen.* 29. Junii
 1600. & in *Faventina eadem die* 8. anno apud Aldan.
 loc. cit. numer. 41. Barbos. loc. cit. numer. 17. Nam
 Canonici ante Magistratum thurificandi sunt tantum in
 ecclesia cathedrali, quàm in aliis, in quibus simul con-
 venerint, ubi talis est consuetudo : Sac. Rit. Congreg. in
Narnien. 15. Junii 1605. apud Barbos. loc. cit. num. 17.
 & *tract. de Canonici cap. 18. num. 75.*

30 Theurificatio à Presbytero celebrante non est præstan-
 da domino loci, nec aliis : Sac. Congreg. Rit. in *Calaguriana*
 5. Julii 1614. apud Aldan. loc. cit. num. 42. &
 Barbos. loc. cit. n. 18.

31 Circa thurificationem autem Baronis domini loci ser-
 vanda est consuetudo : Sac. Rit. Congreg. in *S. Agatha*
 17. Novemb. 1607. apud Sellium in *selectis canonici*
 cap. 56. num. 38. & Barbos. in *Summ. Apost. decr. verb.*
 Consuetudo circa thurificationem num. 5.

32 Curatus, sive Rector ecclesiæ parochialis tanquam
 caput ecclesiæ thurificandus est ante dominum loci : Sa-
 cra Congreg. Rit. in *Turiana* 7. Augusti 1610. apud Sellium
 loc. cit. cap. 71. num. 20. & Barbos. loc. cit. verb.
 Curatus num. 12.

33 Diaconus Evangelii debet thurificare chorum, nec ab
 eo munere excusatur sub pretextu contrariæ consuetudi-
 nis : Sac. Congreg. Rit. in *Alexandrina* 15. Martii 1608.
 in *respon. ad dub.* 10. apud Aldan. loc. cit. tit. 6. num. 35.
 & Barbos. loc. cit. verb. Diaconus n. 4.

34 Diaconus debet incensare Canonicos, & alios, non
 tamen Mansionarios : Sac. Congreg. Rit. in *Lucerina*
 20. Aprilis 1620. apud Aldan. loc. cit. n. 34. & Barbos-
 sam loc. cit. num. 3.

35 Diaconus non debet dare pacem laicis, nec Domino
 loci : Sac. Congreg. 5. Julii 1614. apud Gavant. in *Rubri-
 brici Missalis parti.* 2. tit. 10. n. 8. vers. Ordo, & Bar-
 bos. loc. cit. num. 6.

36 Consuetudo, ut Vicarius Generalis thurificetur ante
 Canonicos, servanda est, sive qui thurificat sit Ca-
 nonicus, sive Acolythus : Sac. Congreg. Rit. in *Alexandrina*
 15. Martii 1608. apud Sellium loc. cit. num. 53.
 & Barbos. loc. cit. verb. Consuetudo circa thurificatio-
 nem num. 1.

37 Consuetudo loci, vel ecclesiæ servanda est, ut Vi-
 carius Generalis sit thurificandus, & debeat accipere
 candelam, cinerem, palmam, & adorare crucem ante, vel
 post capitulum : Sac. Congreg. Rit. in *Neocastrens.* 16. Janu-
 arii 1607. apud Sellium loc. cit. n. 56. n. 54. Barbos.
 loc. cit. num. 2.

38 Consuetudo, ut Mansionarii ab una parte thurifi-
 centur immediate post Canonicos ejusdem partis, antequam
 thurificentur Dignitates, & Canonici, qui sedent
 ab alia parte chori, non est servanda : Sac. Congreg. Rit.
 in *Placentina* 19. Maji 1607. in *responsione ad dub.* 3.
 apud Sellium loc. cit. cap. 56. num. 57. & Barbos. loc.
 cit. num. 4.

32 Consuetudo, ut Gubernator immediate thurificetur post Episcopum, servanda est: Sac. Cong. Rit. in *Alexandrina* 15. Martii 108. in respons. ad dub. 4. apud Sellium loc. cit. cap. 56. num. 59. Barbos. loc. cit. cap. 56. num. 59. Barbos. loc. cit. num. 6.

33 Consuetudo incensandi Gubernatores civitatum Sedis Apostolicæ, qui sunt Referendarii, & Prælati, & utuntur Rocheto, ante Canonicos post Episcopum, servanda est: Sac. Cong. Rit. in *Casertana* 7. Decembris 1601. apud Sellium loc. cit. cap. 56. n. 60. & Barbos. loc. cit. num. 7.

34 Consuetudo, quod Gubernator Status thurificetur, & habeat pacem ante Rectores, & Curatos Ecclesiarum, servanda est: Sac. Cong. Rit. in *Gotiana* in *Sardinia* 5. Julii 1615. apud Sellium loc. cit. cap. 56. n. 61. Barbos. loc. cit. num. 8.

35 Consuetudo laudabilis, quod Gubernator non thurificetur, nec osculetur librum Evangelii, nec habeat pacem immediate post Episcopum, servanda: Sac. Cong. Rit. in *Trullensis* 2. Augusti 1603. apud Sellium loc. cit. num. 62. & Barbosam loc. cit. num. 9.

36 Gubernator Protonotarius cum habitu prælati, id est, rocheto, & mantellera, divinis assistens, thurificandus est ante Canonicos immediate post Episcopum: Sac. Cong. Rit. in *Faventina* 5. Julii 1603. apud Aldan. loc. cit. tit. 16. num. 64. & Barbos. loc. cit. verb. Gubernator num. 10.

37 Gubernator dignissimus, & perpetuus, thurificandus est immediate post Episcopum, & ante Canonicos, etiam paratos, Sac. Cong. Rit. in *Alexandrina* 15. Martii 1608. in respons. ad dub. 4. apud Sellium loc. cit. cap. 27. num. 34. Barbos. loc. cit. verb. Gubernator num. 11.

38 Gubernator civitatis etiam non Prælati thurificandus est immediate post Canonicos assistentes ante alios Canonicos; absente vero Episcopo, immediate post Vicarium Generalem: Sac. Cong. Rit. in *Faventina* 6. Maij 1606. & in *Fanen.* 1. Sept. 1607. apud Sell. loc. cit. cap. 27. numer. 35. Barbos. loc. cit. numer. 12.

39 Etiam Gubernator sit uxoratus: Ead. Sac. Cong. in *Faventina* 17. Nov. 1607. apud Sell. loc. cit. cap. 27. numer. 36. Barbos. loc. cit. num. 12.

40 Gubernator civitatis thurificandus est duplici, & non triplici ductu thuribuli: Sac. Rit. Cong. in *Civitatis Ducalis* 11. Novemb. 1614. apud Sellium loc. cit. tit. 27. num. 48. Barbos. loc. cit. num. 15.

41 Quoad thurificationem triplicis ductus, licet per regulas Cæremoniales debeat solvi Episcopo, vel Celebranti; nihilominus si adest immemorabilis consuetudo, quod alii pariter thurificentur triplici ductu, ea omnino servari debet: Sac. Cong. Rit. in *Casertana* 18. Septemb. 1632. apud Piton. constit. ad Canonicos num. 957.

42 Dignitatibus in choro non debetur thurificatio triplici, sed duplici tantum ductu; non obstante quod ibi amissis distributionibus, persona, quæ habet Dignitatem, incederet cum rochetto, & habitu Protonotarii, ut respondit Sac. Cong. Rit. contra *Prepositum Ecclesie Insulana* 21. Martii 1699. apud Monacell. tom. 4. supplem. ad 2. tom. num. 18.

43 Thurificatio cum triplici ductu, nec debetur Vicario Apostolico. Sac. Cong. Episcop. in *Melphion.* 28. Augusti 1589. apud eundem num. 19.

44 Neque primæ Dignitati Ecclesie Collegiatae S. Marie in Cosmedin Urbis: *Congregatio deputata trium Cardinalium die 6. Sept. 1705.* in respons. ad dub. 31. apud eundem Monacell. loc. cit. num. 20.

45 Thus, & pax domino loci debet dari juxta formam libri Cæremoniales: Sac. Cong. Rit. in *Syringolen.* Martii 1506. apud Sellium in *Selectis Canonici* cap. 17. numer. 29. & Barbos. loc. cit. verb. Pax num. 6.

46 Mulieribus non datur thus, & pax inter missarum solemniam: Sac. Cong. Rit. in *Pacen.* 28. Januarii 1612. & in *Lucerina* 3. Juni 1617. Et an aliquando debeat dari, remittitur arbitrio Episcopi. Ead. Sac. Cong. in *d. Pacen.* 28. Januarii 1612. apud Sellium loc. cit. num. 11. & cap. 51. num. 17. Barbos. loc. cit. verb.

Mulier num. 5. verb. Pax numer. 8. Non debere autem dari nisi Reginis, & magnis Principissis, non obstante consuetudine contraria, decrevit Ead. Congreg. in *Larinens.* 9. Decemb. 1702. apud Monacell. supplem. ad 3. tom. num. 4.

47 Canonici, & Beneficiati, ac Magistratus in Vespere, quando assistunt Beneficiatis cum pluvialibus, thurificandi sunt per aliquem ex dictis Beneficiatis assistentibus pluviali indumentis. Sac. Cong. Rit. in *Turritana* 5. Julii 1631. apud Piton. constit. ad Canonicos n. 514.

48 Canonicus Locumtenens Episcopi debet in choro sedere in loco suæ receptionis in habitu canonicali, nec ei competit pacis, & thuris honor ante Dignitates, & non lucratur distributiones, nisi sedeat in suo stallo cum habitu Canonicali. Sac. Cong. Rit. in *Hydruntina* 10. Novemb. 1612. apud Piton. loc. cit. num. 264. & Barbos. tract. de Canonici cap. 17. num. 40.

49 Prior Collegiatae, si in Cathedrali præsens fuerit simul cum illius Dignitatibus, & Canonicis, duplici ductu thurificandus est, quamvis nullam habeat præcedentiam supra Canonicos Cathedralis. Sac. Cong. Rit. in *Uscanensi* 19. Augusti 1619. apud Piton. loc. cit. num. 336. & Barbos. tr. de Canonici cap. 11. n. 8. & 9.

50 Tàm Dignitates, quam Canonici à latere digniori chori sedentes prius thurificandi sunt, quam Dignitates, & Canonici, qui sedent à latere chori minus digno. Sac. Rit. Cong. in *Beneventana* 5. Decemb. 1648.

51 In Feria VI. Parasceve thurificanda sunt Oblata, sed post thurificationem Oblatorum, etiam iterum minus thurificandum SS. Sacramentum, ob cuius tamen præsentiam non est omittenda thurificatio crucis, sed crux, & altare thurificanda sunt eo prorogato modo, quod fit in aliis missis; non omissis debitis genuflexionibus, transeundo ante SS. Sacramentum: Sac. Rit. Cong. in *Fanorimana* 5. Julii 1698.

52 Reliquia SS. Crucis non est incensanda à celebrante genuflexo: S. Rit. Cong. in *Brisien.* 15. Septemb. 1736. ubi etiam statuit, quod non est genuflexendum à Capitulo, & Clero processionaliter transeuntibus ante altare, in quo recondita est ipsa reliquia SS. Crucis, vel post ejus delationem in processione, benedicendus est populus cum ipsa.

53 Thurificatio non debetur laicis à Diacono parato, vel Beneficiato, sed à solo Clerico cotta induto, ut sæpe resolvit Sac. Congreg. Rit. & signanter in *Pacen.* 21. Martii 1609. & in *Calagurritana* 5. Julii 1614. Teste Pignatelli. tom. 1. consulti. 7. n. 30. & Ursaya tom. 2. p. 1. discept. 7. num. 12.

54 Diaconus ministrans tunc Canonico celebranti, ut benedicat, debet dicere *Benedicite, Pater Reverende*, & non *Pater Reverendissime*: Sac. Cong. Rit. 4. Aprilis 1699. Si autem celebrans sit Episcopus, debet dicere *Pater Reverendissime*, ex Cærem. Episcoporum lib. 1. cap. 23. Et nonnulla Cæremoniaalia Regularium relata à Francisco Maggio in lib. de officio, chori opuscul. 3. disquis. 13. prescribit etiam Abbatibus Generalibus, seu Prepositis pariter Generalibus in tali circumstantia debere dici à Diacono *Benedicite, Pater Reverendissime*: Sic eruditus P. Merati tom. 1. p. 2. tit. 4. num. 19. Si vero celebrans sit Cardinalis, dicit *Benedicite, Pater Eminentissime*, ut tradit d. Merati loc. cit. 14. num. 26. Sicut celebrante Summo Pontifice dicit *Pater Beatissime*.

55 Facta de more à Celebrante incensatione altaris, Diaconus incensat ipsum Celebrantem triplici ductu. Si autem in presbyterio adsit Episcopus Diocæsanus, Diaconus ipsum incensabit triplici ductu, & Celebrantem duplici Et si adsit Legatus, vel alii Cardinales, ipsi triplici ductu, & Episcopus, ac Celebrans duplici thurificandus: Cærem. Episc. l. 1. c. 23. Cærem. Ord. Min. p. 3. c. 2. Bongiovanni in *Silva Sacrar. Cæremonia.* l. 3. c. 11. & l. 9. cap. 2. Merati l. 1. p. 2. tit. 7. numer. 73. post Gavant. *ibid.* lit. C. & alii passim: Et si adsint Episcopi exteri, vel alii Prælati, honoris gratia thurificantur immediate post Celebrantem triplici ductu, sicuti & triplici ductu incensabitur ipse Celebrans: Cærem. Ord. Min. loc. cit. Merati loc. cit. Bongio-

vanni loc. cit. & alii: Quod tamen est intelligendum in absentia supradictorum Digniorum.

56 Cum Diaconus accesserit incensandum chorum, si ibi existat aliquis ex prædictis, incensabit modo dicto num. ant. Et si nullus dignior ibi existat, & adsit P. Generalis, thurificabit eum triplici ductu. Ac sic etiam, si absente Generali, adsit Provincialis, & ita absentibus Generali, & Provinciali, Prælati localis, hic, sive alius Prælati, præsentis Præsulæ majori, duplici tantum ductu thurificabitur; Cærem. Ord. Min. p. 3. cap. 2. Bongiovanni l. 3. cap. 11. & alii. Incensato Prælato, Diaconus incensabit Cantores paratos duplici ductu, perinde incensabit Patres singillatim in prima, & secunda parte chori duplici ductu, sicuti ex supra allatis decretis singillatim sunt duplici ductu incensandi omnes Canonici; Alios autem fratres unico tantum ductu incensabit; Et omnes in choro incensandi, stantes extra stallum se mutuo invitare debent modesta capitis inclinatione ad thurificationem prius recipiendam, ita ut quilibet alium sibi immediate subsequentem sic reverenter præmoneat; Cærem. Episcoporum lib. 1. cap. 23. Gavant. tom. 1. p. 2. tit. 7. Rubrica 10. lit. C. Merati *ibid.* n. 71. Bissus lit. I. n. 81. §. 3. Bauldry p. 3. cap. 11. n. 18. Cærem. Ord. Min. p. 3. cap. 2. & part. 4. cap. 6. & 7. Bongiovanni l. 3. cap. 11. & l. 9. cap. 2. Et alii.

57 Diaconus procedens ad incensandum chorum, debet incedere manibus junctis, & capite detecto ex parte Epistolæ; Cærem. Ord. Min. part. 1. cap. 4. p. 9. & part. 3. cap. 9. Bongiovanni lib. 9. cap. 11. & alii. Ac debet incensationem absolvere antequam Præfatio incipiatur, quia Celebranti debet assistere, vel stare retro post eum; Cærem. Ord. Min. part. 2. cap. 9. n. 7. & part. 3. cap. 2. n. 10. Bongiovanni lib. 3. cap. 11. & alii, ac Rubrica Missalis 7. num. 11. ubi expresse habetur: "Cum dicitur Præfatio, Diaconus, & Subdiaconus stant retro celebrantem, & paulo ante priusquam dicatur Sanctus, accedunt ad altare &c." Et in eadem Rubrica 7. num. 10. statuitur sic: "Cum redit thuribulum Diacono, dicit, Accendat in nobis &c. & incensatur ab eo; Deinde Diaconus incensat chorum." Unde stat clarum, quod incensatio chori faciendi est immediate post incensationem altaris, & celebrantis, antequam incipiatur Præfatio, & non tempore quo canitur ipsa Præfatio; Et si tanta sit multitudo Clericorum, & Religiosorum, ut incensatio finiri non possit, antequam Præfatio incipiatur, tunc sufficit incensare separatim Prælatum, & omnes paratos, ac illos, qui sunt in sedibus superioribus; Reliqui autem inferiores brevitate gratia poterunt incensari sine mora, ita ut incensatio finita sit antequam incipiatur Præfatio, ut salvetur dispositio Rubricarum, ut docet Bongiovanni loc. cit. Cærem. Ord. Min. l. cit. & alii; & non paulo ante priusquam dicatur Sanctus, ut tradunt *Consertus tract. 1. cap. 11. num. 21. Merati loc. cit. num. 71. Bissus loc. cit. §. 7. Bauldry loc. cit. num. 18.*

58 Si altare, in quo canitur missa, longius distet à choro, thuriferarius pro Diacono ad ipsum incensandum se conferet; Nisi in choro Superior aliquis præcipuus adesset, aut magnus Præsul; quia tunc convenientius id præstare debet Cæremoniarius comitatus à Thuriferario; Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 9. num. 4. Bongiovanni loc. cit. Alcorer & Bauldry p. 2. cap. 9. art. 5. & alii.

59 Imperator, & Reges ante Episcopum triplici ductu thurificantur; Cærem. Episcop. lib. 1. cap. 23. Bongiovanni l. 9. cap. 2. & alii passim. Princeps magnus non recognoscens Superiorem, Proreges, & Gubernatores regnorum, & provincialium thurificantur à primo Assistente immediate post Episcopum triplici ductu; Cærem. Episcop. loc. cit. Bongiovanni l. c. Merati l. c. n. 63. Flumara p. 2. cap. 3. & alii.

60 Domini locorum minorum, & Magistratus incensari poterunt à Thuriferario duplici, vel unico ductu, pro qualitate personarum; illi videlicet, quibus proprium stamnum, seu sedes ab aliis distincta parari

solet, distincte incensandi sunt juxta laudabilem consuetudinem in toto incensationis ordine, & ritu, ad pacem tam Laicorum, quam Clericorum conservandam; Cærem. Episcop. lib. 1. cap. 23. Cærem. Ord. Min. p. 2. cap. 9. & p. 3. cap. 47. Bongiovanni l. 3. cap. 11. Castaldi. in *epitome* p. 2. tract. 1. tit. 7. Pollac. *Aphorism.* part. 2. Car. p. 128. Gavant. loc. cit. lit. C. & alii passim.

61 Et quod in similibus incensationibus servanda sit laudabilis, & legitima consuetudo, pluries decrevit Sac. Rit. Cong. ut referunt Capon. *discept.* 329. d. num. 17. & signanter in *Casertana* 18. Septemb. 1632. quam referunt etiam, & sequuntur Barbossa in *Summa Apostol.* decis. collect. 705. num. 8. & de *Canonici* cap. 34. num. 31. vers. Supradicta: Panimol. *decis.* 1. annotat. 13. num. 29. & Pignatelli tom. 4. consulti. 4. num. 4. ubi sequentem adducit congruam rationem; "quia quod non thurificetur triplici ductu nisi Episcopus, & Celebrans, est solum ex regulis Cæremoniales, atque adeo de puro, atque mero jure ecclesiastico; ergo consuetudo thurificandi alios veriam triplici ductu, potest illis prævalere." Quod confirmat etiam Mattheuc. in *Official. Cur. cap. 25. verb.* Officialis quoad Juspatronatus num. 3. Et statuit ead. Sacra Cong. in *Aprutina* 6. Octob. 1606. ad 6. dub. ubi cum quaesitum fuisset: "An Magistratu Theorani debeat thurificatio duplici, vel unico ductu, & quæ sit thurificandus?" Respondit: *Servetur solitum.*

62 Omnibus de more incensatis, incensandus est à Thuriferario populus ter; primo in medio, deinde versus latus Epistolæ, quod est dextrum populi, tertio versus latus aliud, cum honoris significatione, & debitis reverentiis ante, & post; Cærem. Ord. Minor. part. 2. cap. 9. num. 5. Bongiovanni lib. 3. cap. 11. Gavant. loc. cit. lit. D. & alii passim juxta Missalis Rubricam tit. 7. num. 10.

63 Quando chorum incensans Thuriferarius potest illum incensare, vel in communi transeundo ante sedilia, vel singillatim Patres, & alios suo ordine facie ad faciem, juxta laudabilem cujusque provincie consuetudinem; Cærem. Ord. Min. p. 3. cap. 2. num. 2. Bongiovanni lib. 9. cap. 2. & alii.

64 Si in presbyterio, vel in choro, ubi benedicendum est incensum, adsit Episcopus Diocæsanus, vel aliquis eo major, tunc spectat ad ipsum incensum imponere, & benedicere ministrante thuribulum primo ex Assistentibus cum debitis osculis, & dicente *Benedicite, Pater Reverendissime*; & si erit Cardinalis, *Pater Eminentissime*; & thurificatur triplici ductu, celebrans vero duplici, Cærem. Episcop. l. 1. cap. 23. Cærem. Ord. Minor. part. 3. cap. 2. num. 5. & part. 4. cap. 7. num. 11. Bongiovanni lib. 3. c. 11. & lib. 6. cap. 2. Gavant. & Merati tom. 2. sect. 10. cap. 3. num. 15. & alii passim. Si autem ad Vesperas est præsens Generalis, aut Provincialis in sua provincia, seu Episcopus Diocæsanus, vel alius ejus major, tunc expedit quod Celebrans apud altare, sicut in missa, triplici ductu in cornu Epistolæ, & inde revertatur ad chorum, ubi fiet incensatio de more secundum dignitatem, & ordinem omnium ibi existentium; Cærem. Ord. Min. p. 3. cap. 3. n. 6. & p. 4. cap. 7. num. 11. Bongiovanni l. 9. cap. 2. & alii.

65 Quando ad Vesperas præter altare majus aliud altare, seu altaria incensanda sunt, tunc facta incensatione altaris majoris, ubi vel illius SS. Sacramentum asservatur (quod prius est incensandum, quam altare, ad quod Vesperæ fiunt, ut docent Gavant. l. 2. sect. 10. cap. 3. num. 18. & Merati *ibid.* num. 15. & alii) incensantur alia altaria, & peracta incensatione altarium omnium, quæ incensanda sunt, revertunt omnes parati ad chorum, & fit ibi de more incensatio secundum modum, & ordinem prædictum; Pergendo autem de choro ad altaria, & redeundo de altariibus ad chorum, Celebrans cum Ministris incedere debet detecto capite ob reverentiam Cantici Evangelici *Magnificat*; Cærem. Ord. Minor. part. 3. cap. 3. num. 5. Bongiovanni lib. 9. cap. 3. Bauldry part. 2. cap. 11.

Merati loc. cit. num. 72. Castaldus in Cærem. Cleric. Regularium lib. 2. cap. 30. Flumata in eod. Cærem. part. 2. cap. 4. & alii plures.

66 Incensatio (que omnibus dari debet, quis Christus communicat omnibus odorem suum; S. Thomas 3. p. quest. 83. art. 5. & quia que facit Sacerdos, pertinent ad omnes, Durand. cap. 3. Item quia thurificatio representat diffusionem gratiarum spiritualium in capite, & ab eo ad membra; Idem lib. 4. cap. 4. Gavant. tom. 1. part. 2. tit. 9. lit. C.) cessare debet ad vespas antequam celebrans dicat vers. Dominus vobiscum, ex Cæremonial. Episcoporum lib. 2. cap. 3. & Cæremonial. Ord. Min. part. 3. cap. 2. Bongiovanni lib. 9. cap. 2. Gavant. tom. 2. sect. 10. cap. 3. num. 20. Unde qui in choro sunt Cantores, vel Musici, majori pausa, ac gravi modulatione Canticum Magnificat præcinere debent, & Organista solum solemniter in longum protrahere, ut ante vers. Dominus vobiscum, & Orationem, incensatio compleatur; Merati tom. 2. sect. 10. cap. 3. num. 16. Bongiovanni loc. cit. & alii passim.

67 Quando duo sunt Thuriferarii, quisque a parte sua incensat unum ex Assistentibus, & postea Cantores per ordinem duplici ductu: Sicque etiam quisque suo thuribulo incensat suam partem chori, vel singillatim Rates, & alios suo ordine facie ad faciem cum debitis reverentiis ante, & post; vel in communi transeundo ante sedilia, una simul egredientes ad planum chori, ubi Ceroferaarios per ordinem incensabunt; Tantum ter populam, unusquisque a sua parte, incipiendo; & ultimo seipsum, peractis simul ante, & post incensationem reverentiis, & genuflexionibus debitis; Cærem. Ord. Min. part. 3. cap. 2. n. 1. Bongiovanni lib. 9. cap. 23. Gavant. in Epitom. tract. 1. part. 2. tit. 7. n. 23. & tract. 2. part. 2. tit. 3. & alii.

68 Qui thurificat semper stare debet; Solum Summus Pontifex a genuflexo incensatur; Cærem. Episcoporum lib. 1. cap. 23. Bongiovanni lib. 9. cap. 2. & alii passim.

69 Hic juvat adducere responsum S. Rit. Congregationis in Ostunen. 24. Novemb. 1703. ad sequentia dubia.

I. An Ducis Ostuni liceat retinere Sedem cameralem cooperatam serico villosa rubeo, cum genuflexorio, tam in Cathedrali, quam in aliis ecclesiis secularibus, & Regularibus civitatis extra Presbyterium, sive absente, sive presente Episcopo? Et quatenus affirmative, Nihil de sede fixa, & dentur decreta.

II. An idem liceat etiam ejus Fratribus? Negative?

III. An dicto Ducis debeat thurificatio triplici ductu per aliquem Magistrum Cæremonialium, sive alium Presbyterum cotta indutum? Duplici ductu per alium Capellanum, sive Acolythum.

IV. An eadem debeat etiam ejusdem Fratris? Negative.

V. An dicto Ducis debeat pax cum Instrumento per aliquem Magistrum Cæremonialium, sive alium Presbyterum cotta indutum? Affirmative.

VI. An eadem debeat etiam Fratribus? Affirmative.

VII. An dicto Ducis accedenti ad Ecclesiam Cathedrali, debeat obviam ire Procurator Capituli, sive alius Canonicus ejusdem nomine habitu Canonicali; eidemque in janua Ecclesie porrigere aspersorium aque benedictæ?

VIII. An idem debeat etiam Fratribus? Ad VII. & VIII. Negative prout jacent.

Reproposita vero causa die 12. Julii 1704. per Card. Coloredum sub sequentibus duobus dubiis.

I. An Fratribus Ducis Ostuni instantibus liceat retinere Sedem cameralem non fixam cum genuflexorio inferioris ornatus, ac est illa, que juxta antiqua decreta conceditur dicto Ducis, tam in Cathedrali, quam in aliis Ecclesiis secularibus, & Regularibus ejusdem civitatis, extra tamen Presbyterium, sive presente, sive absente Episcopo? Et quatenus affirmative.

II. An dictis Fratribus Ducis Ostuni debeat thuri-

ficatio unico ductu per Capellanum, sive Acolythum cotta indutum; Nihil de sede fixa, & dentur decreta; Sicut etiam in voce, quam in scriptis, Partibus informantibus auditis, ad utrumque: Nihil respondendum censuit.

Item; & tertio reproposita eadem causa die 4. Aprilis 1705. ad instantiam Episcopi prætendentis denegare dictum genuflexorium, Responsum fuit: In decretis; videlicet: Nihil de sede fixa, & dentur decreta, quibus aliis declaratum fuit, domini loci permitti posse sedem cum genuflexorio, & tapeto; non iamen gradatam, neque fixam, sed amovibilem, & extra Presbyterium; Sic refert D. Ursaya tom. 4. part. 2. discept. 4. num. 1. qui ibid. num. 90. aliis ejusdem Sacre Congregationis resolutionis adduxit præcisus his verbis.

Miletem. 26. Aprilis 1604. Obteno ab A. C. adversus Promotorem Fiscalem Curie episcopalis Militem. per Alphonsum Toralba Baronem Calimeræ & Monitorio super manutenzione in possessionem & detinendi in Parochiali dicti castri sedem, stratum, & genuflexorium, & recipiendi aquam benedictam & remissa & Causa & ad Sac. Rit. Cong. super infrascriptis dubiis.

Primo: An liceat Alphonso Toralba Baroni Calimeræ retinere in ecclesia matrici, seu parochiali dicti loci pro audiendis divinis, sedem fixam extra presbyterium, absente & non residente Episcopo? Vel potius amovibilem cum scabello, tapeto, suppedaneis, & postergalibus in casu &c.

Secundo: An eadem liceat retinere genuflexorium cum tapeto, & pulvinaribus? & quatenus affirmative.

Tertio: An eadem prerogative, in utroque dubio recentiora competant, etiam Baronissæ ejus matris in casu &c.

Ad primum: Quoad sedem fixam, negative. Quoad amovibilem, & cameralem tantum affirmative. In reliquis vero negative.

Ad secundum: Affirmative, juxta decreta in Lirinens. 12. Septemb. 1690. in Ostunien. 24. Novemb. 1703.

Ad tertium: Negative.

Tolotana. Capitulum, & Canonici Metropolitano Ecclesie Tolotana ad evitandum abusus pomparum, & fastus Nobilitum ad dictam ecclesiam confluentium, qui sellas, strata, & pulvinaria præmittunt, decreverunt, aliis nemini licere impostera supradictis commodatibus, seu vanitatibus in d. Ecclesia, nisi exceptis dumtaxat Regularibus Personis, & Magnatibus. Quod decretum fuit literis S. Pii V. confirmatum anno 1571. ex quo decreto cum effectum esset, ut Nobiles retraxerint se à dicta ecclesia; tandem dictum Capitulum, & Canonici ad revocandos Nobiles decreverunt ampliare, & extendere dictum decretum ad omnes Titulares, & Magistratus, & Officiales, eorumque uxores, filios, & alios narratos in libello supplicii ipsius Capituli; quod cum per se facere nequirent, ex quo decretum illud erat auctoritate Apostolica confirmatum, ad Sacram Congregationem recursum habuerunt, que respondit: Nihil, die 28. Martii 1626.

In choro thurificari debent omnes singillatim. Quod si tanta sit multitudo Clericorum, ut incensatio finire non possit ante finem Præfationis, tunc sufficit incensare separatim illos, qui sunt in sedibus superioribus, & reliqui inferiores poterunt incensari sine mora, ita ut finita sit incensatio paulo antequam dicatur Sanctus; Merati tom. 1. part. 2. tit. 7. num. 70. & 71. Bissus lit. I. §. 7. Bauldry part. 3. art. 7. numer. 11. Corset. trat. 1. cap. 11. num. 21. Gavant. tom. 1. part. 2. tit. 7. lit. C. cum aliis ibi citatis. Et ad hoc facit decretum Sac. Rit. Cong. in Placentina ad verum dubium sub die 10. Maii 1607. Vide verb. Resolutiones Sac. Cong. tom. 10. & verb. Aspersorium num. 8.

Alia ad rem, Vide verb. Ecclesia tit. 15. & numer.

mer. 33. verb. Gubernator à num. 8. ad 15. & verb. Magistratus num. 5. & 9. & doctissimum P. Cajetanum Mariam Merati in tom. 1. part. 2. tit. 7. numer. 72. & 73. ubi ait, quod ex Cæremonial. Episcop. lib. 1. cap. 23. num. 32. inter alia habetur; Quod si adsit dominus loci laicus, vel alius Princeps major, debeat incensari ter, sicut incensatur Episcopus; Celebrans, Dignitates, & Canonici his &c.

Novæ Additiones ex aliena manu.

72 Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ in Tabernaculo Altaris reconditum thurificari non debet, sed solum ei unicum genu in transitu, tum in reditu flectendum est ante illud, dom thurificatur Altare. At vero si fuerit ibidem expositum, incensatio illius debet à celebrante fieri genuflexo utroque poplite super gradu superiori suppedaneæ Altaris; Gavan. in Rubric. Missal. part. 2. tit. 8. num. 10. §. Incensat. Et tunc non incensatur Crux, que immo adesse haud debet in Altari; Bauldry in Man. Sac. Cærem. part. 2. cap. 9. art. 3. n. 3. & Ursus part. 3. cap. 20. n. 6. Et celebrans in primo gradu suppedaneæ stans thurificatur; Sin. Diac. Benevent. part. 2. tit. 29. sect. 4. §. 2. num. 11. &

73 Titulus Crucis D. N. Jesu Christi inventus fuit Romæ in Ecclesia Sanctæ Crucis in Hierusalem die ultima mensis Januarii 1492. græcis, hebraicis, & latinis characteribus conscriptus; Alexander VI. const. 4. incip. Admirabile.

74 Titulus Servus Servorum Dei; quo utitur Papa in bullis, fuit primo inventus à S. Damaso Papa; Quidquid dicant alii id attribuentes S. Gregorio Magno. Vide verb. Papa art. 2. num. 35.

75 Papa quare se vocet tali titulo? Vid. ibid. num. 34.

TITULUS.

SUMMARIUM.

1 Titulus Crucis Domini quando Romæ inventus.

2 Titulus Servus Servorum Dei, quo utitur Papa in Bullis, à quo fuerit primo inventus.

3 Papa quare se vocet tali Titulo.

4 Titulus Eminentissimi, & Vestrae Eminentie quando operunt dari Cardinalibus &c.

5 Tali Titulo contenti esse debent Cardinales, quamvis sint magni Principes.

6 Tituli Cardinales in aliis civitatibus extra Romam olim erant, qui erant tituli parochiales, & sub Episcopi jurisdictione erant.

7 Tituli Cardinalitii Romæ erant olim Parochie.

8 Tituli Cardinalitii Ecclesiarum Romæ à Sixto V. fuerunt prescripti, & numerati, & postea designati à Clemente VIII. & à Sac. Cong. Rit. approbati, ac à Paulo V. confirmati.

9 Cardinales in suis titulis circa suos Clericos uti possunt censuris.

10 Cardinales tenentur residere in suis titulis.

11 Titulus Messere anno 1564. tribui solebat Nobilibus Personis.

12 Titulum honorificum sibi metipsi attribuere nimis absonum est.

13 Titulo de Suor, non de Donne vocari debent Moniales.

14 Titulum, characterem, & ordinem semper retinet Episcopus, licet dimittat ecclesiam.

15 Episcopus ordinans aliquem sine legitimo titulo, tenetur sustentare Ordinatam.

16 Quis, & quotuplex sit legitimus titulus pro Sacris ordinibus recipiendis remissive.

17 Ut quis possit ordinari titulo familiaritatis quid requiratur remissive.

18 Titulus coloratus an, & quando sufficiat ad inducendum valorem lit. que publici Ministri faciunt, præsertim in administratione Sacramentorum, & signanter Sacramenti Penitentia, remissive.

19 Titulus potest esse, vel verus, vel coloratus, vel apparet, vel presumpsum, & qui sint omnes præsertim respectu prescriptionis.

20 Titulus verus non requiritur ad præscribendum.

21 Titulus coloratus sufficit ad præscribendum.

22 Titulus etiam existimatus, dummodo non sit titulus pro Emptore, sufficit ad præscribendum.

23 Cetera autem, que concernunt justum titulum ad præscribendum requisitum, remissive.

FERRAS. BIBLIOTHECA. TOG. IX.

24 Titulus coloratus beneficii qui sit, & quando habeatur.

25 Titulus beneficii quando amittatur, & quando non remissive.

26 Titulus antiquus ecclesie mutari non potest à confraternitate.

27 Titulus alienus non potest assumi cum alterius præjudicio, aliis puniatur assumens.

28 Capitulum Cathedralis non est salutandum à Conventore cum Titulo Reverendissimi, atque in absentia Episcopi.

29 Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad n. 35.

30 Additiones interuntur, ad n. 37.

Titulus Crucis D. N. Jesu Christi inventus fuit Romæ in Ecclesia Sanctæ Crucis in Hierusalem die ultima mensis Januarii 1492. græcis, hebraicis, & latinis characteribus conscriptus; Alexander VI. const. 4. incip. Admirabile.

Titulus Servus Servorum Dei; quo utitur Papa in bullis, fuit primo inventus à S. Damaso Papa; Quidquid dicant alii id attribuentes S. Gregorio Magno. Vide verb. Papa art. 2. num. 35.

Papa quare se vocet tali titulo? Vid. ibid. num. 34.

Titulus Eminentissimi, & Vestrae Eminentie competit dari Cardinalibus anno 1630. ex decreto Sacre Congr. Rituum confirmato ab Urbano VIII. die 10. Junii 1630. quo statuitur, quod talis titulus à nemine alio, præter quam ab Ecclesiasticis Romani Imperii Electoribus, ac Magno Magistro Hospitalis Hierosolymitani usurpari possit, aut aliis attribui. Vide verb. Cardinales art. 2. num. 13. ubi afferuntur ad litteram tale decretum.

Quod postea Innocentius X. sanctione firmavit, jubens, omnes tali titulo contentos esse debere, quamvis sint magni Principes; 24. Aprilis 1645.

Tituli Cardinales in aliis civitatibus extra Romam olim erant, qui erant tituli parochiales, & sub Episcopi jurisdictione erant; Concil. Meldense cap. 54. & Concilii Roman. sub Leone IV.

Tituli Cardinalitii Romæ erant olim Parochie; Concil. Roman. sub Leone IV.

Tituli Cardinalitii Ecclesiarum Romæ à Sixto V. fuerunt prescripti, & numerati; constit. 55. incip. Religiosam; que afferuntur ad litteram sub verb. Cardinales art. 5. num. 43. Vide ibi, ubi insuper sub num. 44. afferuntur, prout postea fuerunt designati à Clemente VIII. & à Sacra Cong. Rit. approbati, ac à Paulo V. confirmati.

Cardinales in suis titulis circa suos Clericos uti possunt censuris, ut excommunicatione, suspensione, & interdictione; cap. His que, de majoritate, & obedient. Cardinales tenentur residere in suis titulis, aliis si Romæ non resideant, & sine Papæ dispensatione alibi degant, deponendi sunt, ut fuit depositus Cardinalis Anastasius, quia per quinque annos non residerat in titulo Sancti Marcelli Romæ; cap. Ex gestis, de Clericis non residentibus.

Titulus Messere anno 1564. tribui solebat Nobilibus Personis; Rota in Melevirana 29. Januar. 1706. §. Nec ex alio, coram Cuffrad. Ursaya Miscellan. 1. lit. T. num. 81.

Titulum honorificum sibi metipsi attribuere nimis absonum est; Rot. in Salisburg. Primogenitura de Lodovico 20. Febr. 1713. §. Certius, coram Ansaldo; Ursaya Miscel. 2. lit. T. num. 34.

Titulo de Suor, non de Donne vocari debent Moniales, Sac. Cong. Episcop. & Regul. in Tolotana 9. Januar. 1595. apud Joan. Mariam Navarr. verb. Monialis num. 5. & Barbosa in Samm. Apostol. decis. eod. verb. Monialis n. 10.

Titulum, characterem, & ordinem semper retinet Episcopus, licet dimittat Ecclesiam, Sac. Cong. Rit. in Minerbien. 4. Martii 1606. apud Sellium in selectis Canon. cap. 4. num. 63. & Barbosa leg. cit. verb. Episcopus num. 6.

Episcopus ordinans aliquem sine legitimo titulo te-

BIBLIOTHECA CENTRAL